

## **Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica**

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum,  
quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in  
tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Provisione Et Obtentione Beneficiarvm

**Leuren, Peter**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

208. An, & quale esse debeat decretum postulationis scriptum, quod ad  
Superiorem, potentem admitterere postulationem, transmittitur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74485](#)

**Quæstio 208.** An, & quale esse debet decre-  
tum postulationis scriptum, quod ad Superio-  
rem, potentem admittere postulationem,  
transmittitur?

1. **R**esponeo primò præter ea, quæ necessaria  
sunt ad faciendam fidem, debethoc decre-  
tum continere totum processum postulationis, &  
in specie omnes & singulos defecūt postulati, ra-  
tionē quorum is non erat eligibilis, & super qui-  
bus eget dispensatione, ne, si Superiori ignorante  
talem aliquem pralati defecūt, admittatur, ad-  
missio sit nulla. Pass. cit. c. 24. n. 23. citans Abb. in c.  
fin. de postul. n. 9. & Gemin. in c. si forte. de elect. in 6. n.  
3. Sed neque in libello hoc transmiso Papæ, uti nec  
in suffragiis dicere debent Electores: eligimus aut  
ellegimus; sed postulamus. Laym. in c. esti unanimiter.  
de postul. n. 1. dum enim postulandum eligitur, irrita  
consensi debet electio. Laym. ibidem. Lott. l. 3. q. 17. n.  
227. Pirk. ad tit. de postul. n. 34.

2. Respondeo secundò dum postulatio facta in  
scrutinio electionis, debere fieri postulationem  
communem per unum, qui dicat omnium nomine:  
ego rite presenti postulo N. seu necessarium esse po-  
stulationis decretum per verbum singulare ego po-  
stulo &c. affirmat ex Archid. Gemin. invit. c. unic. n. 9.  
apud Pass. n. 11. qui & ipse addit, quod ubi servanda  
in postulatione forma scrutini c. quia propter, sine  
dubio necesse esse, ut unus nomine collegii postu-  
ler; ed quod hujusmodi communis electio aut po-  
stulatio sit de substantia talis modi seu forma eli-  
gendi, & sic facere, esse tutius secundum dicta pau-  
lo suprà: quod si tamen dicta forma non servetur,  
non per hoc invalidam esse postulationem; cum  
sufficiat, quod vota postulantum dirigantur ad  
Superiorem: nihilominus tamen etiam ubi fieret ta-  
lis communis postulatio, non minus posse postu-  
lantes à sua postulatione resilire quam possint,  
si nullum decretum postulationis hujusmodi inter-  
ponerent, tradit ibidem Pass. Porro dicta hac de hoc  
decreto communis postulationis melius intelliges,  
ubi de decreto hoc electionis dicenda legeris.

**Quæstio 209.** Quot requirantur suffragia po-  
stulantum, ut postulatio sit valida, & à Su-  
periore admittenda?

1. **R**esponeo primò: non requiri, ut postulatus  
Romnium referat suffragia, seu ut omnes om-  
nino capitulares in unum consentiant. Azor. p. 2. l. 6.  
c. 17. q. 3. cum communi, nam licet ita fieri, nempe  
ut omnes némine excepto concordent, necesse sit,  
ubi collegium seu capitulum gratiam alicui facit,  
non tamen ubi gratiam petat, ut contingit in po-  
stulatione. Azor. loc. cit. ad hanc concors adhuc est  
postulatio, etiū unius alterve discrepēt postulando  
vel eligendo alium; quia quod à majore parte capi-  
tuli sit, à toto capitulo concordi & consentiente fa-  
ctum censetur, Azor. loc. cit. juxta c. i. de iis, quae finnt  
à majore parte. Et quod major pars Curia egerit, pro  
eo habetur, ac si omnes egerint. l. quod major. ff. ad  
municipatem. Illud tamen notandum ex Pass. n. 63.  
quod quo postulatio facta in majore concordia, eo  
facilius admittitur de stylo & consuerudine Curia  
Romana.

2. Respondeo secundò: dum postulatio non con-  
currat cum electione sit tamen in discordia, ed  
quod aliqui istum, alii aliud postularunt, requiri-  
tur, & sufficit ad hoc, ut valida sit & admitti possit,

P. Leuren, Fori Benef. Tom. II.

quod facta sit à majore parte capituli. Laym. in c.  
bona. de postul. n. 1. Pirk. ad tit. de postul. n. 18. Azor. loc.  
cit. Barb. juris eccl. l. 1. c. 19. n. 12. (qui tamen n. 14:  
minus rectè dicit esse postulationem solennem, quæ  
fit servatā formā c. quia propter, & postularit is, in  
quem major & senior pars consenserit) Pass. de elect.  
c. 24. n. 9. citans insuper Abb. in c. bona. 3. de postul. n. 12  
Sylv. v. postulario n. 2. Lavor. de elect. c. 14. n. 7. Castell.  
n. 2. n. 8. contra Bald. in rubric. de postul. n. 3. apud Pass.  
Item contra Host. quatenus is apud Abbat. vult, in-  
feriorum Papæ non posse admittere postulationem  
factam solummodo à majore parte capituli; si quidem  
ordinariè ad gesta Capituli sufficit, quod ma-  
jor pars consenserit. c. i. de his quae finnt à maj. par. capi-  
tuli. Laym. Pirk. ll. cit. colligitur etiam ex c. bona. ubi,  
cum dicatur, non solere admitti à Papa postulatio-  
nem factam à minore quam tertiat parte, rectè ar-  
guitur à contrario, factam à majore parte Capituli  
admitti posse & solere. Pirk. loc. cit. cum Abbat. loc.  
cit. Neque bene arguitur ex c. cum postulationem. b. r.  
postulationem talem non nisi ex speciali gratia ad-  
mittendam; cum incit. cap. idem dicatur de facta u-  
nanimiter postulatione, cui se solum opponerebant  
quidam alii, dicentes sibi quoque competere juse-  
ligendi, negante hoc ipsum Capitulo: Aliunde ita:  
que ista postulatio, etiam unanimis, non nisi ex spe-  
ciali gratia admitti dicitur: quia nimis alia  
prius cognosci debuit de causa horum opponen-  
tiuum, & quia Papa non facile annuit postulationi,  
etiam unanimi, ut Archi Episcopus (qualis hic po-  
stulabatur) suā Ecclesiā relata, ad aliam transfeat.  
Laym. ad cit. c. postulationem. de cetero, an, & qual-  
iter quævis postulatio non nisi ex gratia, & una pra-  
alia ex specialiori gratia admittatur, dicitur paulo  
post, ubi an Superior teneatur admittere postulatio-  
nem legitime factam. Porro ex responsione nostra  
deducit Pass. loc. cit. n. 10. quod, ubi postulatio sit se-  
cretè, debeat publicari scrutinium per aliquem, ut  
sciri possit an postulatus quis sit à majore parte;  
quin &, quod semper fieri debeat collatio numeri  
ad numerum, & etiam respectivè meriti ad meri-  
tum, zeli ad zelum.

3. Respondeo tertio: ut postulatio in discordia  
concurrent cum electione, dum nimis unus ab  
una parte Capituli postulatus, alter ab altera parte  
eligitur, sit valida, & pravaleat electioni, & hac  
casu sit, requiritur, ut numerus postulantum sit  
duplo major numero eligentium, sive ut duæ partes  
Capituli in postulationem unius personæ alias idonea  
consentiant. Lott. l. 3. q. 17. n. 241. Barb. loc. cit. n.  
18. Laym. & Pirk. ll. cit. Pass. n. 55. Sylv. ubi ante, n. 7.  
Bald. Abb. ubi ante, juxta exp̄r̄sum textum c. scrip-  
tum. de electione. Tum quia plura plerunque requi-  
runtur ad postulationem, ut pote quæ via est provi-  
dendi quali extraordinaria, & innititur merita grati-  
tia, quam ad electionem, Pirk. loc. cit. tum quia duæ  
partes Capituli totum capitulum repræsentant.  
Laym. loc. cit. juxta c. cum nobis. de elect. Pirk. loc. cit. &  
quod duæ partes faciunt, id totum facere videtur;  
cum potentia universitatis veluti tota in duabus  
partibus resideat. l. nulli. ff. de quod cuiusque Universitat.  
nomine, &c. Pirk. loc. cit. Unde jam infero &

4. Respondeo quartò: ubi numerus postulan-  
tium non est duplo major numero eligentium; sed  
vel unicā etiam unitate in hoc deficit, v.g. postulan-  
tes sunt 31. eligentes sunt 16. electionem confirman-  
dam, etiam si sit à minore parte, afferit Pass. loc. cit. n.  
56. argument. c. scriptum. ed quod in casu contento  
in eo cap. qui elegerunt, erant ad summum 16. & qui  
postu-